

bitur iniquitas terræ. Crástina die delébitur iniquitas terræ. **V.** Et regnábit super nos Salvátor mundi. Delébitur iniquitas terræ. Glória Patri. Crástina.

V. Crástina erit vobis salus. **R.** Dicit Dóminus, Deus exercituum.

Oratio

Deus, qui nos redemptionis nostræ ánnua expectatióne lætíficas: præsta; ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti suscipimus, veniéntem quoque Iúdicem secúri videámus, Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum.

AD NONAM

Capit. Rom. 1, 5-6

Per quem accévimus grátiam, et apostolátum ad obædiéndum fidei in ómnibus géntibus pro nómine eius, in quibus estis et vos vocáti Iesu Christi, Dómini nostri.

R. br. Crástina * Erit vobis salus. Crástina. **V.** Dicit Dóminus, Deus exercituum. **Erit.** Glória Patri. Crástina.

V. Crástina die delébitur iniquitas terræ. **R.** Et regnábit super nos Salvátor mundi.

Post Nonam explicit tempus Adventus et incipit temp. natalicium.



TEMPUS NATIVITATIS DOMINI

Die 25 Decembris

IN NATIVITATE DOMINI

I classis cum octava II classis

AD IVESPERAS

Ant. 1 Rex pacíficus * magnificátus est, cuius vultum desíderat univérsa terra.

Psalmi de dominica 727, sed loco ultimi dicitur psalmus 116 Laudáte Dóminum, omnes gentes 731.

2 Magnificátus est * Rex pacíficus super omnes reges univérsæ terræ.

3 Compléti sunt * dies Mariæ, ut páreret Fílium suum primogénitum.

4 Scitóte, * quia prope est regnum Dei: amen, dico vobis, quia non tardábit.

5 Leváte cápita vestra: * ecce, appropinquat redemptio vestra.

Capit. Tit. 3, 4-5

Appáruit benignitas, et humanitas Salvatoris nostri Dei: non ex opéribus iustitiæ, quæ fécimur nos, sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit.



© www.breviariumromanum.com



TEMPUS EPIPHANIE

Die 6 Ianuarii IN EPIPHANIA DOMINI

I classis

AD IVESPERAS

Ant. 1 Ante luciferum géni-
tus, * et ante sæcula, Dómi-
nus Salvátor noster, hódie
mundo apparuit.

Psalmi de dominica 727, *sed loco
ultimi psalmus* 116 Laudáte Dó-
minum, omnes gentes 731.

2 Venit lumen tuum, * Ierú-
salem, et glória Dómini su-
per te orta est, et ambulá-
bunt gentes in lúmine tuo,
allelúia.

3 Apértis thesáuris suis, *
obtulérunt Magi Dómino
aurum, thus et myrrham,
allelúia.

4 Mária et flúmina, * bened-
icite Dómino: hymnum
dicite, fontes, Dómino, alle-
lúia.

5 Stella ista * sicut flamma
corúscat, et Regem regum
Deum demónstrat: Magi
eam vidérunt, et magno
Regi múnera obtulérunt.

Capit.

Is. 60, 1

Oratio

Surge, illumináre, Ierú-
salem, quia venit lú-
men tuum, et glória Dómi-
ni super te orta est.

Hymnus

Crudélis Heródes, Deum
regem venire quid times?
non éripit mortália,
qui regna dat cæléstia.

Ibant Magi, quam viderant,
stellam sequéntes præviam:
lumen requírun t lúmine:
Deum faténtur múnere.

Lavácula puri gúrgitis
cæléstis Agnus áttigit:
peccáta, quæ non détulit,
nos abluéndo sústulit.

Novum genus poténtiæ:
aquæ rubéscunt hýdriae,
vinúmque iussa fúndere,
mutávit unda originem.

Iesu, tibi sit glória,
qui apparuísti géntibus,
cum Patre, et almo Spíritu,
in sempitérna sæcula. Amen.

V. Reges Tharsis et insule
múnera ófferent. **R.** Reges
Arabum et Saba dona ad-
dúcent.

Ad Magnif. ant. Magi, *
vidéntes stellam, dixérunt
ad invicem: Hoc signum
magni Regis est: eámus et
inquirámus eum, et offerá-
mus ei múnera, aurum,
thus et myrrham, allelúia.

Deus, qui hodiérna die
Unigénitum tuum
géntibus stella duce revelá-
stí: concéde propítius, ut,
qui iam te ex fide cognóvi-
mus, usque ad contem-
plándam spéciem tuæ cel-
sitúdinis perducámur. Per
eúndem Dóminum.

Completorium de dominica 733.

AD MATUTINUM

Omissis V. Dómine, lábia mea, **in-
vitorio cum ps.** Veníte et **hymno,**
incipitur ab ant. Afférte Dómino.

Die 13 Ianuarii vero dicitur:

V. Dómine, lábia mea.

Invitat. Christus apparuit
nobis, * Veníte, adorémus.

Ps. 94 Veníte 639.

Hymnus Crudélis Heródes,
ut supra.

In I Nocturno

Ant. 1 Afférte Dómino, * fi-
lii Dei, adoráte Dóminum
in aula sancta eius.

Psalmus 28

Afférte Dómino, filii Dei:
* afférte Dómino filios
arietum.

Afférte Dómino glóriam et
honórem, afférte Dómino
glóriam nómini eius: * adó-
ráte Dóminum in átrio
sancto eius.



DOMINICA SECUNDA PASSIONIS SEU IN PALMIS

I classis

AD IVESPERAS

Antiphonæ et psalmi de sabbato,
ut in Psalterio 1055.

Capit. Philipp. 2, 5-7

Frateres: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Iesu; qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo.

Hymnus

Vexilla Regis prædeunt:
fulget Crucis mysterium,
qua Vita mortem pertulit,
et morte vitam protulit.

Quæ, vulnerata lanceæ
mucrone diro, criminum
ut nos lavaret sordibus,
manavit unda et sanguine.

Impléta sunt quæ concinit
David fideli carmine,
dicendo nationibus:
Regnavit a ligno Deus.

Arbor decora et fulgida,
ornata Regis purpura,

electa digno stipite
tam sancta membra tangere.

Beata, cuius brachii
pretium pendit sæculi,
statera facta corporis,
tulitque prædam tartari.

Sequens strophæ dicitur flexis genibus.

O Crux, ave, spes unica,
hoc Passionis tempore
piis adauge gratiam,
reisque dele crimina.

Te, fons salutis, Trinitas,
collaudet omnis spiritus:
quibus Crucis victoriam
largiris, adde præmium.
Amen.

V. Eripe me, Domine, ab homine malo. **R.** A viro iniquo eripe me.

Ad Magnif. ant. Pater iuste,
* mundus te non cognovit:
ego autem novi te, quia tu
me misisti.

Oratio

Omnipotens sempiternè
Deus, qui humano generi,
ad imitandum humilitatis
exemplum, Salvatorem
nostrum carnem sumere,
et crucem subire fecisti:
concede propitius; ut
et patientiæ ipsius habere
documenta et resurrectionis
consortia mereamur.
Per eundem Dominum.

Dominica II Passionis seu in palmis, feria II, III et IV Hebdomadæ

sanctæ, Officium divinum horis
consuetis persolvitur.

AD MATUTINUM

Absol. Exaudi, Domine.

Bened. Ille nos benedicat.

De Ieremía Propheta

Lectio i Cap. 2, 12-17

Obstupescite, cæli, super hoc, et, portæ eius, desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et fodérunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Numquid servus est Israel, aut vernaculus? Quare ergo factus est in prædam? Super eum rugierunt leones, et dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem: civitates eius exustæ sunt, et non est qui habitet in eis. Filii quoque Mémphæos et Taphnes constupraverunt te usque ad verticem. Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum, Deum tuum, eo tempore, quo ducébat te per viam?

R. In die qua invocavi te, Domine, dixisti: Noli timere; * Iudicasti causam meam, et liberasti me, Domine, Deus meus. **V.** In die tri



DOMINICA PENTECOSTES

I classis cum octava I classis

AD IVESPERAS

Ant. 1 Cum complerentur * dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, allelúia.

Psalmi de dominica, sed loco ultimi psalmus 116 Laudate Dóminum, omnes gentes 727-731.

2 Spíritus Dómini * replévit orbem terrarum, allelúia.

3 Repléti sunt omnes * Spíritu Sancto, et cœperunt loqui, allelúia, allelúia.

4 Fontes, et ómnia * quæ movéntur in aquis, hymnum dicite Deo, allelúia.

5 Loquebantur * váriis linguis Apóstoli magnalia Dei, allelúia, allelúia, allelúia.

Capit. Act. 2, 1-2

Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco: et factus est repente de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus vehementis, et replévit totam domum, ubi erant sedentes.

Prima stropa sequentis hymni dicitur flexis genibus.

Hymnus

Veni, Creátor Spíritus, mentes tuórum visita, imple supérna grátia, quæ tu creásti pectora.

Qui diceris Paráclitus, altíssimi donum Dei, fons vivus, ignis, caritas, et spíritalis únctio.

Tu septifórmis múnere, dígitus Patérnæ dexteræ, tu rite promíssum Patris, sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus: infúnde amórem córdibus: infirma nostri córporis virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius, pacémque dones prótinus: ductóre sic te prævio vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem, noscámus atque Fílium, teque utriúsque Spíritum credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória, et Fílio, qui a mórtuis surréxit, ac Paráclito, in sæculórum sæcula. Amen.

V. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúia. **R.** Et cœperunt loqui, allelúia.

Ad Magnif. ant. Non vos relínquam * órphanos, allelúia; vado et vénio ad vos, allelúia: et gaudébit cor vestrum, allelúia.

Oratio

Deus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuisti: da nobis in eodem Spíritu recta sápere; et de eius semper consolatióne gaudére. Per Dóminum ... in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti.

Completorium de dominica 733.

AD MATUTINUM

Invit. Allelúia, Spíritus Dómini replévit orbem terrarum: * Venite, adorémus, allelúia.

Ps. 94 Veníte 639.

Hymnus

Iam Christus astra ascéndérat, revérsum undé vénerat, Patris fruéndum múnere, Sanctum datúrus Spíritum.

Sollémnis urgébat dies, quo mystico septémplici orbis volútus sépties, signat beáta témpora.

Cum lucis hora tértia repénite mundus íntonat, Apóstolis orántibus Deum venire núnctiat.

De Patris ergo lúmine decórus ignis almus est, qui fida Christi pectora calore Verbi cómpleat.

Impléta gaudent viscera, affláta Sancto Spíritu,

Tempore paschali:

R. br. In manus tuas, Dómine, comméndo spíritum meum, * Allelúia, allelúia. In manus tuas. **V.** Redemísti nos, Dómine, Deus veritátis. Allelúia, allelúia. **Gloría Patri.** In manus tuas.

V. Custódi nos, Dómine, ut pupíllam óculi, allelúia. **R.** Sub umbra alárum tuárum prótege nos, allelúia.

Ant. Salva nos, * Dómine, vigilánte, custódi nos dormiéntes; ut vigilémus cum Christo, et requiescámus in pace. (T. p. Allelúia.)

Canticum Simeonis

Luc. 2, 29 - 32

Nunc dimíttis servum tuum, Dómine, * secúndum verbum tuum in pace: Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum, Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum, Lumen ad revelatióem géntium, * et glóriam plebis tuæ Israel.

Ant. Salva nos, Dómine, vigilánte, custódi nos dormiéntes; ut vigilémus cum Christo, et requiescámus in pace. (T. p. Allelúia.)

V. Dóminus vobiscum.

Vel V. Dómine, exáudi.

Orémus.

Oratio

Vísita, quæsumus, Dómine, habitatióem istam, et omnes insídiás inimíci ab ea longe repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; et benedictiō tua sit super nos semper. Per Dóminum.

R. Amen.

V. Dóminus vobiscum.

Vel V. Dómine, exáudi.

V. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

Benedictio Benedicat et custódiat nos omnipotens et miséricors Dóminus, Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus.

R. Amen.

Antiphona finalis beatæ Mariæ Virginis 658-659.

V. Divínium auxiliūm.

R. Amen.



PROPRIUM SANCTORUM

FESTA NOVEMBRIS

Die 29 Novembris

S. SATURNINI

Martyris

Commemoratio

AD LAUDES

Ant. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

V. Iustus ut palma florébit.

R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio

Deus, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui con-

cédís natalítio pérfrui: eius nos tribue méritis adiuvári. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat.

Die 30 Novembris

S. ANDREÆ APOSTOLI

II classis

Omnia de Comuni Apostolorum [1], præter ea, quæ hic habentur propria.

AD MATUTINUM

Invit. Regem Apostolórum Dóminum, * Veníte, adorémus.

Ps. 94 Veníte 639.



© www.breviariumromanum.com

Commune unius Martyris extra tempus paschale

AD IVESPERAS

(quoties festum sit I classis)

Antiphonæ et capitulum de Laudibus [44]; psalmi de dominica 727, sed loco ultimi dicitur psalmus 116 Laudate Dóminum, omnes gentes, *ibidem* 731 notatus; hymnus Deus, tuórum militum, ut ad II Vesperas [46].

V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine. **R.** Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnif. ant. Iste Sanctus * pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit; fundátus enim erat supra firmam petram.

Oratio ut infra ad Laudes [44].

Completorium de dominica 733.

AD MATUTINUM

Invit. Regem Mártyrum Dóminum, * Veníte, adorémus.

Ps. 94 Veníte 639.

Hymnus

Deus, tuórum militum sors et coróna, præmium, laudes canéntes Mártyris absólve nexu criminis.

Hic nempe mundi gáudia et blanda fraudum pábula imbúta felle députans, pervénit ad cæléstia.

Pœnas cucúrrit fórtiter et sústulit viriliter, fundénsque pro te sánguinem, ætérna dona póssidet.

Commune unius Martyris extra temp. pasch. [6]

Ob hoc precátu súplici te póscimus, piíssime: in hoc triúmpho Mártyris dimítte noxam sérvulis.

Laus et perénnis glória Patri sit, atque Fílio, Sancto simul Paráclito, in sempitérna sæcula.

Amen.

In I Nocturno

Extra temp. pasch.: Ant. 1 In lege Dómini * fuit voluntas eius die ac nocte.

Tempore paschali: Ant. Stabant iusti * in magna constantia advérsus eos, qui se angustiavérunt, alleluía.

Sub hac una antiphona dicuntur tres psalmi huius Nocturni, et similiter in II et III Nocturno.

Psalmus 1

Beátus vir, qui non ábiit in consílio impiórum, et in via peccatórum non stetit, * et in cáthedra pestilentíæ non sedit: Sed in lege Dómini voluntas eius, * et in lege eius meditábitur die ac nocte. Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit in tempore suo: Et fólium eius non défluet: * et ómnia quæcúmque fáciat, prosperabúntur. Non sic ímpii, non sic; * sed

tamquam pulvis, quem próicit ventus a fácie terræ. Ideo non resúrgent ímpii in iudicio: * neque peccatóres in concílio iustórum.

Quóniam novit Dóminus viam iustórum: * et iter impiórum peribit.

Ant. In lege Dómini fuit voluntas eius die ac nocte.

Ant. 2 Prædicans * præceptum Dómini constitútus est in monte sancto eius.

Psalmus 2

Quare fremuérunt gentes, * et pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, et principes convenérunt in unum * advérsus Dóminum, et advérsus Christum eius.

Dirumpámus víncula eórum: * et proiciámus a nobis iugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridébit eos: * et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua: * et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, * prædicans præceptum eius.

Dóminus dixit ad me: * Fílio meus es tu, ego hódie genui te.

Alius iudicandorum a Dómino, qui non quidem omnia sua páriter reliquerunt, sed de his tamen, quæ habébant, cotidiánas dare elemósynas Christi paupéribus curábant; unde et auditúri sunt in iudicio: Veníte, benedícti Patris mei, possidéte præparátum vobis regnum a constitutióne mundi; esurivi enim, et dedístis mihi manducáre; siti-vi, et dedístis mihi bíbere.

R. Iste est, qui [126].

Lectio viii

Sed et reproborum duos ibi futuros ordines, Dómino narránte, comperimus: unum eorum, qui, fidei christiánæ mystériis initiáti, ópera fidei exercére contémnunt; quibus in iudicio testátur: Discédite a me, maledícti, in ignem ætérnum, qui præparátus est diabolo et ángelis eius; esurivi enim, et non dedístis mihi manducáre. Alterum eorum, qui fidem et mystéria Christi vel numquam suscepére, vel suscep-tam per apostásiam dese-rúere; de quibus dicit: Qui


autem non credit, iam iudicátus est, quia non credit in nómine unigéniti Filii Dei.

R. Sint lumbi vestri [127].

Lectio ix

Verum, his cum timóre et pavóre débito paulí-sper commemorátis, ad lætíssima pótius Dómini et Salvatóris nostri promíssa convertámus audítum. Videámus quæ tantæ grátia pietátis: non ætérnæ tantúmmodo vitæ præmia suis sequácibus, sed et præsentis múnera pollicétur exímia. Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípíet, et vitam ætérnam possidébit. Qui enim terréni affectibus sive possessi-ónibus pro Christi discipulátu renuntiáverit; quo plus in eius amórem profécit, eo plures invéniet, qui se intérno suscipere affectu et suis gáudeant sustentáre substántiis.

Te Deum laudámus 643.



Commune Virginum

AD IVESPERAS

(quoties festum sit I classis)

Antiphonæ et capitulum de Laudibus [141]; *psalmi ut in Communi festorum beate Mariæ Virginis* [190]; *hymnus Iesu, coróna Virginum, ut ad II Vesperas* [144].

V. Spécie tua et pulchritú-dine tua. (T. p. Allelúia.) **R.** Inténde, prospere procéde, et regna. (T. p. Allelúia.)

Ad Magnif. ant. Veni, Spon-sa Christi, * áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum. (T. p. Allelúia.)

Si fuerint plures Virgines Martyres:

V. Adducéntur Regi vírgines post eam. (T. p. Allelúia.) **R.** Próximæ eius afferéntur tibi. (T. p. Allelúia.)

Ad Magnif. ant. Prudéntes vírgines, * aptáte vestras lámpades: ecce, sponsus venit, exíte óbviam ei. (T. p. Allelúia.)

Oratio ut infra ad Laudes [142].
Completorium de dominica 733.

AD MATUTINUM

Invitat. Regem Mártyrum Dóminum, * Veníte, adorémus. (T. p. Allelúia.)
Ps. 94 Veníte 639.

Hymnus

Pro Virgine Martyre

Virginis Proles Opiféxque Matris,
Virgo quem gessit, peperít-que Virgo;
Virginis partos cánimus decóra
morte triúmpos.